Fragmentarium

mysterium adimpleuit. commen
dans deo animam suam. et dans pa
cem omnibus consummatus est. Secuti sunt
autem uniuersi clerici. cum presbiteris
triginta. et diaconibus quinque. optan
tes simul passioni succumbere. Me
lius arbitrantes cum illo pro xpo tri
bulari. quam eius absentia epulari.
Erat enim tranquillo semper animo
et sereno. Ita omnes clericos diligens.
sicut gallina pullos suos euocans.
ita ut circa uniuersos. carum amo
rem ostenderet. et omni hora cosmo
nitis celestibus erudiret. Unde fac
tum est. ut omnes sancte eruditionis
sagina refecti. passionem magis
diligerent. quam timerent. et sine
cum eo alacres properarent. Profec
tus itaque ut dictum est. peruenit
ad regem. Cui nuntiatur cum
tribus presbiteris et duobus diaconibus in
trogressus. Tunc ilico assurgens
augustus. prior eum salutauit
dicens. Bene te uenisse gratula
mur. Cui sanctus siluester respondit.
Pax tibi. et uictoria de celo sum
ministretur. Quem cum rex

ihesu xpi filii dei. gentibus predica
uerunt. et omnis ecclesia ab ipsis sump
sit initium. Hii expleto aposto
latus offitio. ad palmam marty
rii peruenerunt. et sunt modo a
mici omnipotentis dei. Cum hec
et his similia gratanter augustus
audisset. dixit. Peto utrum hos
ipsos apostolos habet aliqua imago
expressa. ut in ipsis liniamentis
possim agnoscere hos esse. q…
ne reuelatio docuisset. qui…
dixerunt se adeo missos esse…
sanctus siluester iussit diacono su…
imaginem apostolorum exhiber…
Quam imperator aspiciens…
ingenti clamore cepit dic…
nichil inferius in hac u…
eorum effigie quorum uub…
sione conspexi. Hii e…
dixerunt. mitte a…
et hic tibi ostende…
pietatis. In qua…
eris. omnium con…
uulnerum san…
siluester respondit…
et salutis tue. …

Gr
et
po
ph
ab
ab
no
re
po
pi

License: public_domain – Gubbio, Archivio di Stato di Perugia. Sezione di Gubbio, Fondo Notarile, 733, wrapper (inside) – Vita Sancti Silvestri Papae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ad2u/11454/82743)